BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 224r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bibita, aut perimunt modis supradictis aut
infirmant corpus aut alterant ¶ De animali-
bus vero sunt quedam de cerebris ipsorum,
quedam de caudis, quedam de sanguine, quedam
de saliua et sputo, quedam de fellibus, que-
dam de toto corpore In cerebro quidem catte
venenum est perniciosum faciens hominem
amentem, similiter in cerebro vespertilionis.
In cauda vero cerui venenum est pessimum
propter quod venatores extremitatem caude
cerui, quando volunt ceruum comedere abscindunt,
similiter in cauda scorpionis et rutele, et
vespe et apis et exunguium animalium, et
quorundam serpentum. In sanguine vero, sicut
in sanguine bouis veteris, et in sanguine
buffonis et eius sputo, et in sanguine
hominis colerici ruffi. in furia positi, et in
sanguine menstruo, et in sanguine leprosi.
In sputo vero siue in saliua hominis ieiunij
non ad hominem sed ad scorpionem et serpentem
in sputo buffonis, et sputo et saliua vip-
pere, que cum coire volt cum pisce venenum de-
ponit in littore super lapide quodam, deinde
rediens suum colligit venenum Et in saliua
et spuma canis rabiosi. et in saliua catte
simie et muris et hominis ieiunij facientium
morsum ¶ De fellibus vero, sicut est fel leo-
pardi quod est venenum a forma specifica
statim perimens ¶ De toto vero corpore sicut